

1783 Puteolis rep., extat Neapoli apud Raph. Barone MIN. Ex a. 1867 dono Tyschkiewitzi in museo publico.

IIII · NON · SEPTEMBR · IN CURIA · TEMPLI · BASILICAE · AVGVSTI · ANNIANAЕ · SCRIBVND · AD · FVERVNT
 Q · GRANIVS ATTICVS · M · STLACCIVS ALBINVS · A · CLODIVS · MAXIMVS · M · AMVLLIVS · LVPVS · M · FABIVS · FIRMVS
 QVOD · T · AVFIDIVS · THRASEA · TI · CLAVDIVS · QVARTIVS · II · VIRI · V · F · DE · DESIDERIO · LAELI · ATIMETI · OPTIMI · CIVIS · Q · D · E · R · F · P · D · E · R · I · C
 CVM · M · LAELIVS · ATIMETVS · VIR · PROBISSIMVS · ET · SINGVLIS · ET · VNIVERSIS · KARVS · PETIERIT · IN ORDINE NOSTRO · VTI · SOLARIVM
 5 AEDIFICI · QVOD EXTRVIT · IN · TRANSITORIO · REMITTERETVR · SIBI · EA · CONDICIÓNE · VT · AD · DIEM · VITAE · EIVS · VSVS · ET · FRVCTVS
 POTESTASQVE · AEDIFICI · SVI · AD · SE · PERTINERET · POSTEA AVTEM · REI · P · NOSTRAE · ESSET · PLACERE · HVIC · ORDINI · TAM GRATAM · VOLVNTATEM · OPTIMI · CIVIS
 ADMITTI · REMITTIQVE · EI · SOLARIVM · CVM · PLVS · EX · PIETATE · PROMISSI · EIVS · RES · PVBLICA · NOSTRA · POSTEA · CONSECVTVA SIT · IN · CURIA · F · N · LXXXII ·

Recognovi. Minervini *bull. arch. Ital.* 1, 73; Fiorelli cat. n. 724.

Eiusdem anni est atque praecedens; sed aetas incerta. Minervinius conicit non sine specie veri basilicam Augusti Annianam nomen traxisse ab Annis iis qui in domum Antoninorum transierunt. — 2 cf. titulum n. 2047 M. Amuli Lupi. — 7 id est in curia f(uerunt) n(umero) LXXXII.

1784 [= 2517] magna basis Puteolis rep. in suburbano praediolo prope eum locum q. d. Orthodonicus ubi itur ad S. Ianuarii; antea ibidem in S. Francisci, nunc Neapoli in museo.

in antica:

GAVIAE · M · FIL ·
 MARCIANAЕ
 HONESTAE · ET · INCOMPARA
 BILIS SECTAE · MATRON · GAVI ·
 5 PVTEOLANI · DECVRION · OMNIB ·
 HONORIB · FVNCTI · FIL · CVRTI · CRIS
 PINI · SPLENDIDI · EQVITIS ROMAN
 OMNIB · HONORIB · FVNCTI VXOR · GA
 VI · IVSTI · SPLENDIDI · EQVIT · ROMAN ·
 10 SORORI · HVIC · CVM · OB EXIMIUM · PV
 DOREM · ET · ADMIRABILEM · CASTITA
 TEM IN · MATVRA · ET · ACERBA · MORE
 INTERCEPTAE · RES · P · FVNVS · PVBLIC ·
 ITEM · FOLEVM · ET · TRES · STATVAS · DECR
 15 M · GAVIVS PVTEOLANVS · PATER · HON
 DECRETI · CONTENTVS · SVA · PEQVN ·
 POSVIT · L · D · D · D ·

in latere litteris minutis:

L · BRVTIO · CRISPINO · L · ROSCIO · AELIANO · COS^{p. C. 187}
 V · KAL NOVEMBR

IN TEMPLO DIVI PII SCRIBVND · ADFVERVNT CAEP PROCVLVS COSSVTIVS RVFINVS
 CL · PRISCVS CALP PISTVS QVOD POSTVLANTE ANNIO PROCVLO O V DE DECERNENDO
 5 FVNERE PVBLICO GAVIAE M F MARCIANAЕ B M F ITEM DECEM LIBRIS FOLEI LOCISQ^{sic}
 TRIBVS CONCEDENDIS QVAE IPSI ELEGERINT IN QVIBVS STATVAE EIDEM MARCIA
 NAE SECVNDVM EIVSDEM PROCVLI POSTVLATIONEM PONERENTVR P MANLIVS EGNATI
 VS LAVRINVS DVOVIRVM V F Q D E R F P D E R I C OPTASSE QVIDEM SINGVLOS VNI
 10 VERSOSQVE NOSTRVM IN HONOREM CVRTI CRISPINI · MAGISTRATVS N PRIMARI
 VIRI ITEM GAVI PVTEOLANI SOCERI EIVS ADAEQVE O V GAVIAE MARCIANAЕ R M F^{sic}
 VIVAE POTIVS HONORIS CONFERRE QVAM AD HVIVS MODI DECRETVM PROSILIRE VT DE^{sic}
 SOLACIO VIVENTIVM QVAEREREMVS EI IDEO QVOD PERTINEAT ETIAM AD MEMORIAM
 PVLLAE IPSIVS COHONESTANDAM PLACERE HVIC ORDINI FVNVS PVBLICVM EI DE
 15 CERNI ET DECEM LIBRAS FOLEI MITTI CONCEDIQVE SECVNDVM POSTVLATIONEM ANNI
 O V VT LOCA QVAE ELEGERINT STATVENDIS TRIBVS STATVIS DE CONSENSIONE NOSTRA
 CONSEQVANTVR

Recognovi bis. Palladini *sepolcreto scoperto in Pozzuoli* p. 24; aeri incisam Nicolaus Lucignani in *vetus literatum marmor Puteolis effossum comm.* Neap. 1834. 8. pp. 128. De hoc titulo egit Gervasio commentario inscripto *sul monumento sepolcrale di Gavia Marciana scoperto in Pozzuolo.* Neapoli 1853. 4. pp. 46. Ed. item Fiorelli cat. n. 748. Orelli 5037.

1, 4 veram lectionem nunc demum deprehendi; antea legebatur INCOMPARABILI SANCTAE. — 14 foleum, quod hoc solo loco legitur (cf. 2, 5. 14), solet pro oleo accipi; sed neque grammaticam eius mutationis rationem perspicio, nec nisi raro oleum ad pondus exigitur, neque umquam quod sciam oleum ita missum est, sed tantummodo fusc (v. n. 1489 et vol. V n. 337). Quam ob rem crediderim foleum turis aliquod genus fuisse. — 2, 3 de templo divi Pii, quod Puteolis fuit, v. p. 183. — 4 id est o(rnato) v(iro); cf. v. 10. 15 et n. 1782, 9. — 5 id est opinor b(onae) m(e-moriae) f(eminae); v. 10 utrum explicandum sit r(everentissimae) m(e-moriae) f(eminae) an quadratarius male peccarit, dubium est. — 11 debuit esse honores. — 12 aut pro ei scribendum est et aut, quod magis placet, ei v. 13 delendum. — 14 fin. Proculi excidit.

Stemma adiciam, ut facilius intellegatur hic et sequens titulus:

M. Gavius Puteolanus		
M. Gavius Fabius	Gavia Marciana	Gavia Fabia Rufina
Iustus	nupta	nupta
	Curtio Crispino	M. Aurelio

1785 [= 2518] Neapoli in aedibus Ferdinandi Sanfelicii MVR. Deinde imminuta Casertae apud Danielem MARR. Nunc Neapoli in museo publico.

GAVIAE · M · F
 FABIAE · RVFINAE

HONESTISSIM · MATRON · ET · RA
 RISSIM · FEMIN · M · AVR IIII PROC
 5 SVMMAR · RAT · VXORI · M · GAVI · PVTE
 OLANI · II VIR · AED · CVR · MVNER · GLA
 DIATORI QVADRIDVO · ET · OMNIB · S
 HONORIB · ET · MVNERIB · PERFVNC ·
 FILIAE · M · GAVI · FABI IVSTI SILENDI^{sic}
 10 DISS · EQ · R · AVGV · II VIR II Q II
 CVR · MVNER · GLAD · ET · OMNIBUS HONO
 RIB · ET · MVNERIB · PERFVNCTI SORORI
 RESPVBLICA · PEQ · SVA · OBLAT

Descripsi quod superest et recognovi. Plenior-rem dedit Mur. app. 5, 4 e sched. Goetzianis. Partem quae extat proponunt Marini Vat. 9128 f. 16 manu non Danielis; Gervasio Gav. Marciana (1853) p. 9; Fiorelli cat. n. 719.

4 tres quattuorve litterae scalpro deletae sunt. — 9. 10 SILENDI DIDISS Mur.